

## Werk

**Titel:** Urkundliche Beilagen

**Ort:** Berlin

**Jahr:** 1902

**PURL:** [https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?523141572\\_0023|LOG\\_0074](https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?523141572_0023|LOG_0074)

## Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.  
SUB Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

Er hat aber sehr wahrscheinlich auch seinen Sohn zum Studium nach Venedig geschickt, denn in den jetzt verlorenen Libri delle Tanse der Malerschule fand Giovanni Antonio Moschini einen Maler namens Piero di Antonio dalla Saliva verzeichnet.<sup>1)</sup> Man kann aus dem Umstand, dass Moschini in seiner Kopie den Namen allein ohne Jahreszahl angibt, nur den Schluss ziehen, dass er um das Jahr 1530 der Malerschule angehörte; die Veränderung des b in v in dem Namen Saliba ist nur zu verständlich (Saliva, der Speichel) und in romanischen Sprachen sehr häufig. Hiermit wäre nun auch die Möglichkeit und Wahrscheinlichkeit für die Annahme gegeben, dass der Maler, der sich Piero da Messina signiert, der Sohn des Saliba wäre. Sein signiertes Ecce-Homo-Bild in der ungarischen Landesgalerie in Budapest zeigt, dass er Antonello gleiches Bild in der Akademie zu Venedig in der Kopie etwas verweichlicht hat; sein anders signiertes Bild, eine Madonna in dem Oratorium bei S. Maria Formosa in Venedig, ist schon ganz bellinesk, wahrscheinlich hat er sich längere Zeit in Venedig aufgehalten. Unter Giovanni Bellinis Namen gehen gewiss noch manche seiner Madonnen, so eine in der Galerie Wessendonk in Berlin. — Sansovino erwähnt als ein Gegenstück zu einem S. Cristoforo des Antonello einen S. Sebastiano von Pino da Messina in der Kirche S. Giuliano; von ihm haben wir keine Notizen, aber merkwürdigerweise kommt ein Pino da Messina (Abkürzung von Giuseppino), der aber kein Maler ist, im XIV. Jahrhundert öfter in den Akten des Notars Nicolo de Leonardi vor.<sup>2)</sup> Es war eben die Anwesenheit von Sizilianern in Venedig bei den lebhaften Handelsverbindungen nichts Auffallendes. Auch ein Holzschnitzer Antonio Ceciliano ist im Jahre 1490 in Venedig thätig<sup>3)</sup> und hat vielleicht an den Holzschnitten für Donna Paulas Druckerei mitgearbeitet.

#### V. URKUNDLICHE BEILAGEN

##### A

Die vigesimotercio mensis Augusti 1474, editio septima Rivoalti.

Dona *Paula* relicta ser *Iohannis de Spiera* olim impressoris librorum de confinio Sancti Paterniani corpore et mente sana mixit pro me Bartholomeo de Graxolariis Venetiarum notario infrascripto et me rogavit ut hoc suum scribebam testamentum, pariterque completem cum clausulis et additionibus Venetiarum consuetis necessariis et opportunis, in quo posito prohemio dixi. Commissarios autem hujus mei testamenti instituo et este volo ser *Iohannem de Colonia* de presente virum meum et ser *Iohannem Manthen de Geresen* socii dicti *Iohannis de Colonia* viri mei ut secundum quod hic inferius ordinavero darique atque fieri jussero sic ipsi ambo post me obitum ad implere et facere teneantur. In primis namque si et quando contigerit me mori animam meam altissimo Deo creatori nostro, ejusque Matri glorioxe Virgini Marie et toti celesti Curie humiliter recommendo. Item dimitto Nicolao et Joanni Antonio filiis meis quondam Bartholomei de Bonacio (?) de Civitate Messane ducatos trecentos auri inter eos equaliter. Item dimitto Ieronime filie mee et dicti quondam *Iohannis de Spiera* omnes uestes et investituras meas fulcitas argenteas et perlas prout sunt, et unam

<sup>1)</sup> G. Nicoletti, *Per la Storia dell' Arte*. Venezia 1891, p. 7.

<sup>2)</sup> 1392, 1. may. — T.s Ego Pinus da Messina testis suscripsi.

(Sez. Not. Nicolo de Leonardi B. 753.)

<sup>3)</sup> 1490. .... presentibus ibidem (Convento d. S. M. Cruciferorum) Magistro Antonio Ceciliano incisore lignaminum habitatore Venetiarum in contrata Sancte Marie Novae (Convento di S. Stefano. Processi IX, B. 6.)

cadenelam de argento oncearum triginta vel circha et omnes alios meos pannos de lana, lino et serico. Item dimitto Petro Paulo filio meo et dicti ser Iohannis de Spiera ducatos centum auri. Residuum vero omnium bonorum meorum mobillium et immobillium, presantium et futurorum, et omne caducum inordinatum prononscriptum dimitto predictis Iohanni de Colonia marito meo, et Iohanni Manthen de Geresen commissariis meis equaliter cum hoc quod facere teneantur illam elemoxinam pro anima mea sicut eis videbitur, quam animam meam eis committo. Interrogata de omnibus interrogandis dixi quod nolebam aliud ordinare . . Preterea etc.

Testes — ser Bartholomeus de Cremona filius domini Jacobi habitator Venetiis in confinio Sancti Paterniani.

Ser Guileminus Ganede de Frixia (?) filius quondam Boltscus habitator Venetiis in dicto confinio Sancti Paterniani notus notario et domine testatrici.

(Archivio di Stato di Venezia — Sezione Notarile — Testamenti — Notajo Bartolomeo Grassolario n.<sup>o</sup> 788 B.<sup>a</sup> 482.)

## B

Die 23 mensis Jannuarii 1510 (m. V.).

Domina Hieronima filia quondam ser Joannis Spira de Alemania et relecta ser Gasparis Aluissii de Islach episcopatus Cononiensis de Alemania comprobavit de sua re promissa cum punto eiusdem instrumenti pactorum et conventionum matrimonialium scripti et in publicam formam deducti sub signo et nomine ser Jacobi Avanci quondam ser Francisci publici notarii imperialis sub 1477 indictione X die XII mensis martii Venetiis, cuius tenor talis sequitur et ut res facilius sortiatur effectum.

Idem dominus Joanes promisit per pactum expressum quod secuto matrimonio inter partes predictas dabit et donabit, et ex nunc donat per donationem que dicitur inter viros eidem Gaspari casu tamen ut supra sequatur et non aliter ducatos 3000 auri de suis propriis bonis dandos eidem ser Gaspari ut emantur bona stabilia sine possessiones in tera firma quibus dos ipsa sit secura, et hoc a die sequuti matrimonii ad annos 3 prosimos susequentes.

Viceversa eadem D. Paula promittens ut supra promisit quod ipsa eius filia habebit cum effectum in dotem totam portionem sibi Hieronimam (sic) spectantem de societate stampationis cum prefato domino Joanne quantcumque sit omni contraditione cessante vera et iusta et ad hoc ut cognoscatur pars spectans ipsi Hieronime convenerunt quod elegantur due persone que de comuni concordio estiment ipsam partem spectantem ipsi Hieronime transducta ipsa Hieronima etc. ut in eo plenius continetur.

Item comprobavit de conclusione dicti matrimonii cum alio instrumento dicti notarii 1477 indictione X die 7 mensis maii Venetiis, quo interrogavit primo predictam Hieronimam si sibi placebat recipere et recipiebat in suum sponsum et maritum legi optimum predictum Gasparem secundum precepta et ordines S.<sup>te</sup> Matris Ecclesie que Hieronima pensato animo et matura deliberatione prehabita per verba de presenti libere respondit quod sic et in immediate subsequenter similiter interrogavit dictum Gasparem si sibi placebat recipere et recipiebat in suam sponsam et legi optimam uxorem predictam Hieronimam secundum precepta et ordines Sanctae matris Ecclesiae, qui Gaspar animo pensato et deliberatione prehabita similiter per verba de presenti respondit quod sic etc. ut in eo.

Item comprobavit de suprascripta re promissa sua ipsa D. Hieronyma cum exemplo alterius instrumenti exemplato etc. protocolo etc. ser Jacobi de Dilavanciis de Venetia notarii publici 1480 indictione 14 die 29 mensis maii Veneciis vulgari sermone quo:

Cumcosiache le parte infrascripte intende cum el nome de Dio contrazer compagnia insieme ut infra volendo far come a qualunque devoto christiano se conviene

e prima ricordandose quanto la elemosina sia accepta e cara a Dio etc. et infra et per tanto el spectabel messer Alvixe Dona q. m. d. Andree militis, messer Alvixe de Dardani et miser Zuan Manton procuratori de messer Zuan da Cologna como neli acti de mi noder per i qual ad maiorem cautelam messer Zuan Manton promette de rato et messer Zuan Manton predito in specialità sua et messer Gaspar de Islach etiam in specialità sua et el dito messer Zuan Manton et il dito messer Gasparo como procuratori de madonna Paula relicita quondam messer Zuan Spiera cum libertate ad infra scripta como dela procura appar ozi per mi nodaro celebrata a messer Gasparo predicto per nome da madonna Hieronyma sua moglie per la qual promete de rato et similiter messer Zuan Manton como procurator de messer Zuan de Cologna come commissario de Pietro Paulo fiolo del ditto messer Zuan Spiera et madonna Paula tuti li soprascripti per li nomi soprascripti da una parte et misser Nicolò Jeson et miser Piero Ulgemer in loro specialità et come comessario del qm. messer Zuan Ramfs<sup>1)</sup> per la qual commissaria promette de rato da laltra parte in Dei Nomine facendo per loro sui heredi e successori hanno contrato e contrase compagnia per durar anni 5 proximi futuri la qual hanno a comenzar adi primo zugno proximo et ab inde supra a loro beneplacito de tuti li libri stampati et stamparà et farano stampar in qualunque scientia et de qualunque sorta et qualità si ritroverano haver cum li pacti modi et condition ut infra: Primo volgiono chel nome de essa compagnia per tuti li luogi sia intitulata Zuan de Cologna e Nic. Jeson e compagni etc. ut in eo.

(Omissis.)

(Venezia, Archivio di Stato, Giudici del Proprio, Vadimonii 1510—1528 — c. 27, f. V.)

## C

### Iesus Maria

In Dei eterni nomine Amen. Anno ab Incarnatione domini nostri Iesu Christi Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo XIII Inditione. Die vero vigesimo secundo mense septembbris in Rivoalto Civitatis Venetiarum.

Cum nil certius sit mortis, nilque incertius hora eius habeatur. Eapropter Ego Paula filia quondam domini Antonii de Messina uxor d. Rinaldi stampatoris, sana mente et intellectu, infirma tamen corpore, Considerans repentina casus mortis nolens intestata decedere vocari feci ad me Jacobum Avantium notarium venetum quem rogavi ut hoc meum scriberet testamentum pariterque completeret post mortem meam cum omnibus additionibus et clausulis consuetis iuxta morem et statuta venetiarum.

In primis igitur: Comendans animam meam altissimo deo mando corpus meum seppelliri in ecclesia sancte Marie carmelitarum et quod pro exequiis et sepoltura expendatur tantum quantum videbitur commissario meo infrascripto. Et quod corpus meum induatur pano albu fino quem panum volo dari alicui fratri ipsius monasterij carmelitarum pro conficienda una capa fratris pro anima mea. Item volo quod fratres ipsius monasterii habeant associare corpus meum et quod ob id dentur eisdem ducati quatuor. Item relinquo pro anima mea scolle sancti Leonardi ducatos quatuor. Item scolle beate Virginis ducatos duos in ecclesia sancti Salvatoris. Item pro anima mea volo ut dicantur per confessorem meum . . . . monasterii S. Steffani misse per annum unum continuum omni die ed quod detur quantum videbitur ipsi commissario. — Item relinquo insuper ut prefatus comisarius meus pro anima mea habeat dispensare quantum sibi videbitur in onore conscientie sue. Interogata de locis consuetis pietatis

<sup>1)</sup> Zuan Rauchfass.

sancte Marie de Gratia et Nazaret respondi, quod relinquo in conscientia ipsius commissarii mei, hoc tamen expresse mando quod de omnibus perlis omnium investiturarum meorum fiat una corona beate Virgini Marie miraculorum nunc in domo de Amatis et similiter expendantur ducati X in uno calice pro eadem figura sanctissima et similiter quod fiat paramentum unum pro altari ipso et vestes pro uno sacerdote sirici finissimi et carmisini ad dictum altare sacratissimum.

Commissarium vero meum relinquo et esse volo prefatum dominum Renaldum maritum meum dilectum qui post mortem meam exequi habeat et executioni mandare omnia et singula que continentur in presenti meo testamento.

Lego igitur et relinquo Colle, Johanni Antonio, et Petro-Paulo filiis meis ducatos quingentos oro, uno quoque ipsorum in libris vel rebus illis que reperientur vel in denariis si libri ipsi vel res reducte erunt ad denarios, cum hac tamen expressa conditione quod prefati filii mei non possint petere aliquid nisi completa societate que ad presens est cum Johanne de Colonia et dominum Pero Ugelneymer et sociis.

Item mando quod Hieronyma filia mea non possit aliqualiter molestare commissariam meam ex eo, quod volo, ut nil habeat de bonis meis, imo etiam mando quod si prefati filii mei vel aliquis iposorum molestare vellet ultra ducatos quingentis commissariam meam, in eo casu volo, ut habeant solum ducatum unum pro quoque vel qui molestare habeat et tantum ducatum unum, et non possint quicquam ultra petere.

Residuum vero omnium meorum bonorum mobilium et stabilium presentium et futurorum spectantium mihi et spectaturorum tam causa dotis quam societatis prime et societatis presentis quam quovis modo, caducorum inordinatorum prononscriptorum et quoruncunque aliorum bonorum relinquo prefato domino Rinaldo marito meo dilecto quem heredem universalem relinquo in omnibus, plenissimam igitur in forma etc.

Actum Venetiis 1480 XXII mensis sept. in confinio sancti Mauritii in domo habitationis ipsius testatrix presentibus domino Cornelio Vicellio de Corneto q. m. d. Petri Mathei, I. d. Enrico teotonico q. m. d. Leonardi: ser Andrea qm. ser Christofori tayapera de confinio S. Marie Jubanico testibus ad premissa omnia habitis vocatis et rogatis.

Ego Jacobus Avantius notarius Venetiarum rogatus subscrpsi. — Ego rigo tudescho condam miser Lunardo testimonio subscrpsi. Ego Cornelius Vitellius de Corneto quondam domini Petri Mattei testis manu propria scripsi etc. Io Andrea condam ser Cristoforo taiapiera testimonio.

Relinquo notario pro mercede sua ducatos quinque. (A tergo.) Testamentum d. Paule uxoris ser Rinaldi stampatoris.

(Venezia, Archivio di Stato. Sezione Notarile. Testamenti in atti D' Avanzo Giacomo. B. 295 n.<sup>o</sup> 166.)

#### D

In nomine Dei eterni amen. — Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi MCCCCLXXXVIII mensis octobris die quarto, Indictione VII<sup>ma</sup> Rivoalti.

Cum omnibus sit equa moriendum et unicuique incerta sit hora mortis; ideo ego Paula uxor probi viri Raynaldi de Novimadio de confinio Sancte Marie Formose, sana per gratiam Domini nostri Iesu Christi mente et intellectu, licet corpore languens ad me vocare feci Franciscum Malipedem notarium venetum infrascriptum ipsumque rogari ut hoc meum scriberet testamentum, et post obitum meum completeret et roboraret cum suis clausulis et additionibus necessariis et oportunis. Secundum stylum et consuetudinem Civitatis Venetiarum. In primis quidem constituo meum Commissarium et hujus

mei Testamenti executorem prefatam Raynaldum maritum mecum. Corpus vero meum seppelliri volo, postquam ex hae vita migravero, in archis Beate Marie Virgines: videlicet schole Domine Sancti Salvatoris; cui schole demitto de meis bonis ducatos quator, et quia sum de schola, volo sepelliri induita habitum illius schole, et quod datur mihi une clamis vetus pro sepelliendo et meam novam relinquo pinzocheris dicte schole ut corpus meum associent ad sepelliendum. — Item relinquo de meis bonis schole Sancti Leonardi in ecclesia Sancti Salvatoris ducatos quatuor. Item relinquo schole Sancti Sebastiani, videlicet proprie Ecclesie Sancti Sebastiani ducatos quatuor de meis bonis pro anima mea: Item ordino quod dictus Commissarius meus celebrare facere debeat de meis bonis missas Sancte Marie et Sancti Gregorii pro anima mea. Item relinquo de meis bonis hospitali Christi apud Sanctum Antonium ducatos quatuor, et totidem relinquo hospitali Pietatis: Item ducatum unum Sancte Marie Gratiarum et unum Sancte Marie de Nazareth; filiis autem meis quia me persecuti sunt, nec filie mee nihil relinquo de meis bonis, quibus tamen Deus ignoscat; quibus et etiam ego ignosco. Residuum vero omnium bonorum meorum, iurium et actionum presentium et futurorum, et omne caducum, inordinatum et pro usu scriptum et qui quomodolibet pervenire posset in meam Commissariam relinquo prefato Raynaldo marito meo dilecto et de me benemerito. Declaro insuper me esse debitricem fratris Iohannis Theutonici de conventu Sancti Stefani Venetiarum de illa denariorum summa, prout continetur in quodam scripto eidem facto per dictum maritum meum, pro quo credito suo habet a me sufficiens pignus: Item dimitto notario pro eius mercede presentis testamenti ducatos quinque in presentia testium infrascriptorum. Preterea etc.

Ego frater Antonius Cornelii Panguaris preceptor ordinis Sancte Ioannis hieroxolimitani testis juratus et rogatus scripsi.

Ego frater Iohannes quondam Benedicti de Sancta Flora ordinis Sancti Augusti heremitarum de conventu Sancti Stephani Venetiarum testis juratus et rogatus scripsi.

Io Vielmo Vairloes de Bulduch marchadante de ratzi in Venexia testimonio zurado, e pregado scrisse.

(Venezia — Archivio di Stato — Sezione Notarile — Testamenti Notajo Francesco Malipede N.<sup>o</sup> 179. Busta 718.)

Gedruckt in der Reichsdruckerei.